

1981

A

6175



Quod Casp. Ursin. de, de, Ursin. de, de Ursin. de  
non de Ursin. de, de Ursin. de, de Ursin. de,  
Auct. Ursin. de, de Ursin. de, de Ursin. de,  
liber Ursin. de, de Ursin. de, de Ursin. de

Sammelwerk in

Herrn Rantzen  
Herrn Rantzen

A. Dni 1595  
A. Aetatis 70.

Sept. 18 octo  
bris 1595  
di 9 Jul. pro  
honorario alla  
tori.

Theolog.  
P. VI. 315. 590

Cassiodorus  
Magis ascensus ad deum est cognitio  
suae infirmitatis  
prodit oratio ad te hunc mi dunt,  
Sept. 18

Querela  
HEINRICI RAN-  
ZOVII, PRODVICIS CIMBRICI,  
In obitum

NOBILISSIMI ET MA-  
GNIFICI VIRI,  
HACCONIS HVLGERI,  
Domini in Eickenbergk, Marischalci  
Regni Daniae, Affinis sui  
carissimi,

*Qui obiit Anno Christi 1594.  
Mense Nouembri.*



LIPSIÆ  
IMPRIMEBAT MICHAEL  
LANTZENBERGER.

[Ueferland, Hak Halgeresen]

Quocla  
HEINRICH  
NOVII, PEOVICI GIMERICI  
la obitum  
NORBERTI SIMONIS ET M. A.  
HACCONIS HVALGERI  
Dontat in Biskopstede, Mandchala  
Regin Danie, Anno in

AK

Quocla  
la obitum



LIPSI  
MICHAELE  
LANTENBERGER



**S**iccine, Parca, meo nondum satiata do-  
lore,

Causa redit luctus materiesq; noui?  
Dum mihi narratur sinceri funus amici,  
Instar germani qui mihi fratris erat.  
Quis fuit ille, rogas? Hacco pietate, fideq;  
Et generis clarus nobilitate sui:  
Qui fuit Hulgerus celebri cognomine dictus,  
Supremum perhibent hunc obiisse diem.  
Hinc iterum tristem concepit Dania luctum,  
Hinc nouus excruciat meq; meosq; dolor.  
Vix in corde vetus dolor ille resederat agro,  
Quem fecit rabie mors truculenta sua.  
Cum mihi tres natos uno iugulasset in anno,  
Qua mihi grã deuo sors minus aqua fuit.  
Tristia quid memorẽ Friderici funera Regis,  
Sub quo Danorum floruit aula potens.  
Hæc quoq; sat magnum nobis peperere dolorẽ,  
Fidus erat patria, nam pater ipse sua.  
Nunc quia seua duos mihi Parca peremit a-  
micos,

Tertia legitimi causa doloris adest:

A 2 Hulge-

Hulgerum Caasumq̄, puto, quorū inclyta vir-  
 Sape fuit, constans sape probata fides. (tus  
 Tot sensi casus, tot me pressere dolores;  
 Hinc factus vita sum satur ipse mea.  
 O mors, solue, precor, tali me carcere vita,  
 Vita mihi dolor est; mors erit alma quies.  
 Quod superest, o vos Manes saluete, valete,  
 In Christo, donec subsequar ipse, pij.

a Patrem Io-  
 an. Eq. Au-  
 rat. An. 65.  
 12. Decemb.  
 cum vixisset  
 annos 73. &  
 mens. vnum.  
 Matrem An-  
 nam VValf-  
 torpian an.  
 82. 29. De-  
 cemb. cum  
 vixisset an-  
 nos 72.  
 b Paulum A.  
 79. 9. Cal.  
 April.  
 c An. 57.  
 d A. C. 88.  
 4. April. Ae-  
 tat. 54.  
 e Friderico  
 filio: Catha-  
 rinā filiā &  
 ex Oelegar-  
 dā filiā, Ca-  
 tharina nep-  
 te, quæ obiit  
 A. 88. 20.  
 Ian.

A L I A.

Sic ærumnarum varijs subiecta procellis  
 Vita hominū, ut nil sit, nī dolor atq; labor.  
 Hoc queror expertus, casus nā passus acerbos  
 Multoties, fuit & sors minus æqua mihi.  
 Fata mihi multum caros rapuere parentes, a  
 Fata mihi fratrem surripuere meum. b  
 Nec minus interijt mihi q̄ soror unica vixit,  
 Magdalis, et Christi clausit amore diem. c  
 Affectu patrem Fridericum Parca secundū d  
 Danorum Regem, sustulit atq; mihi.  
 Pignore cum spatio priuatus & unius anni  
 Terno, grandæuo sors onerosa nimis. e

Quat-

*a* Quattuor amisi diuerso tempore gnatos :

*b* Filia sic obiit vel Catharina diem.

Excessere solo Neptes & saepe Nepotes,

*c* Eripuitq; Nurum fors inimica mihi.

Prætereo fidos, quæis sum spoliatus, amicos,

Frugifera, & quorum candida vita fuit.

Nunc ubi vix Caesus clausit sua lumina, sem-  
per

*d* Qui mihi percharus, fratris & instar

En mihi qui simili fuerat dilectus amore,

*e* Hæcinius Hulgerus fata seuera subit :

Dania quem mecum fatis sibi luget ademtum,

Hoc ingens etenim perdidit illa bonum.

Scilicet hæc patior dum multa incommoda vitæ,

Quis non iure velit condoluisse mihi?

Sed quamuis frangant me pondera multa do-  
lorum :

Non tamen his unquam succubuisse queo ;

Ast mihi in aduersis semper solatia præstat,

Ac præsens tantis fit cataplasma malis :

Nempè quod hos olim superâ visurus in Aulâ

Sim verè, ex merito, non aliunde, DE I.

A 3 Namq;

*a* Theodorū

Anno 72.

Iohannem

Anno 82.

Fridericum

Anno 87.

Caiū A. 91.

*b* Anno 87.

26. Maij.

*c* Sophiam

Rosencran-

tziam filij

mei Breido-

nis Coniugē

A. 93. 29.

Decemb.

*d* Obijt A.C.

1594. die

Iunij 20.

*e* Anno hoc

labere 1594.

mens. No-

uemb.

qui annū  
iam ago ferè  
septuagesi-  
mū.

*Namq; mea vita fermè data meta peracta est:  
Et sic nil cupio, quàm benè posse mori.  
Morte dabis placidâ superas euadere ad au-  
Adspectuq; frui, me, pie Christe, tuo. (ras,*

DE VITA HOMINVM.

*Principium lacrymæ; lacrymæ sunt terminus  
eui,  
Pars media at qualis? quantula? tota  
dolor.*

F I N I S.



[Ng Be. 194 verso]









87A 6775

ULB Halle

3


002 266 679



56.







Querela  
HEINRICI RAN-  
ZOVII, PRODVCIS CIMBRICI,  
In obitum

NOBILISSIMI ET MA-  
GNIFICI VIRI,  
HACCONIS HVLGRI,  
Domini in Eickenbergk, Marischalci  
Regni Daniae, Affinis sui  
carissimi,

*Qui obiit Anno Christi 1594.  
Mense Nouembri.*



LIPSIÆ  
IMPRIMEBAT MICHAEL  
LANTZENBERGER.

